opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terribus simpliciter absq corporali Iuramento taxatis et edictis modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Joannes Stawski Pocillator Terrae Leopoliensis Vicecapitaneus loci praesentis aut eius posteri, ad Instantiam suprascripti Illustris et Magnifici Andreae Maximiliani de Pleszowice Fredro Castellani Leopoliensis sive eius successorem ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Iuri parere respondere damna praetacta Terrestria simpliciter taxata luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causas eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia praedictis simplicibus vel replicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Magnificus Fredro

Gnoso Stawski Pocillatori Leopoliensi Cedit.

Coram Gnoso Adamo Joanne Gorski Camerario Terrestri Premysliens. in locum infrascripti Gnosi Joannis à Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leopoliens. Vicecapitanei loci praesentis subdelegato, munusq. hoc subdelegationis in
970 se et bona sua generaliter omnia libere et benevole conassumente, officio Actisq. praesentibus Castrens. Capitaneal. Premysliens. Comparens personaliter Illustris et Magnificus Andreas Maximilianus de Plesowice Fredro Castellanus Leopoliens. Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq. suis quibusvis propriys et competentibus recedendo, praesenti vero Castrens. Capitaneal. Premysliens. Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et Integro Jure suo infrascripto, nimirum de Inscriptione Castrens. Premysliens. sibi Recognoscenti per Gnosum olim Stanislaum à Grochowce Grochowski olim Illustris et Magnifici Raphaelis Grochowski Castellani Leopoliens. filium super totam et integram villam Buchowice in Palatu. Russiae, Terra vero praesenti Premysliens. consistens modo ac titulo purae merae venditionis pro Summa Triginta Millium florens. polon. facta et recognita, nec non de alia Summa Ducentorum Quinquaginta florens. polon. in reparationem eorundem bonorum per se Recognoscentem erogata, sibiq. Decreto Judicy Terrestris Premysliens. adiudicata, nec non de eisdem ipsis Summis Jurisq. et bonis Summis ysdem oneratis, tum de Intercisa certa seu Contractu ratione eorundem bonorum

Secum Recognoscente

secum Recognoscente et eundem olim Generosum Grochowski de Actu et data eiusdem Intercisis seu Contractus Sabbatho post festum Sancti Valentini Presbiteri et Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono proxime praeterito confecti et conscripti atque de Inscriptione Castrensi Premysliensi eiusdem Contractus Roboratoria, ac de decreto praefato Judicij Terrestris Premysliensis Inscriptione praedicta originali Venditoria, Contractu memorato et eius Inscriptione Roboratoria atque decreto Terrestri Premysliensi praemissa omnia fusius in se obloquentibus comparata bonorum eorundem Jurisque praesentibus cessi, intromissione, tuitione, evictione, pacificeque in hunc usque per se Recognoscentem continuata possessione, cum omni praemissorum Jure dominio proprietate competentiaque et praerogativa quavis omnibusque et singulis Inscriptionis praedictae originalis Venditoriae Contractus memorati tum et eius Roborationis atque decreti Conditionibus punctis clausulis articulis, Vadiis ligamentis, ac nexibus generaliter Universis, summarum quoque suprascriptarum, et bonorum summis ipsis oneratorum Utilitatibus fructibus proventibus reditibus commodis emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus nihil ex praemissis Juris dominij proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsemet Illustris et Magnificus recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant, Iam ex nunc et de facto suprascripto Generoso Joanni à Staw Stawski Pocillatori Leopoliensi Vicecapitaneo Castrensi Premysliensi ac eius Successoribus (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi Cessionarij sui et ipsius Successorum totaliter plenarie

translulit transfudit et incorporavit prout transfert trans
fundit et incorporat p[rae]sentibus. In quod quidem Ius p[rae]sens Ces
sum summas et bona summis eisdem onerata p[rae]missaq[ue] o[mn]ia
p[rae]sentibus per se Recognoscentem transfusa eisdem Recognoscens
Illustris et Magnificus Andreas Maximilianus de Plesz
owice Fredro Castellanus Leopolien[sis] p[rae]fato Gnoso Joanni Sta
ski Pocillatori Terrae Leopolien[sis] Vice Capitaneo loci p[rae]sentis
cessionario suo et eius successoribus, iam exnunc et defacto
Coram officio p[rae]senti dat et admittit realem Intromissionem
et actualem pacificamq[ue] possessionem, per Ministerialem quem
cunq[ue] competentem et nobiles duos die quacunq[ue] voluerit
officiose acceptandam, per ipsum Gnosum Cessionarium suum
et ipsius posteros hoc idem Ius p[rae]sens Cessum summas et
bona summis eisdem onerata p[rae]missaq[ue] omnia p[er] p[rae]sentes
transfusa cum universis eorum Utilitatibus et Usufructib[us]
competentiaq[ue] et p[rae]rogativa quavis tenendi habendi et
possidendi illisq[ue] quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos
suorumq[ue] successorum quosvis beneplacitos Usufructus libe
re et effectualiter convertendi p[rae]fati Iuris originalis ea
omnia in se latius complectentis p[rae]sentisq[ue] Cessi et transfu
si vigore debetq[ue] et tenebitur memoratus Recognoscens Il
lustris et Magnificus Castellanus Leopolien[sis] prout se ac
successores in et super bonis suis generaliter omnibus sum
misq[ue] pecuniarijs quibusvis habitis et habendis p[rae]fato Gno
so Cessionario suo inscribit et obligat p[rae]sentibus ipsum et
eius successores in dicto iure cesso summis ac bonis sum
mis ijsdem oneratis p[rae]missisq[ue] omnibus p[rae]sentibus transfusis
et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitio
ne iuridica quarumcunq[ue] personarum cuiuscunq[ue] conditi
onis status et sexus quavis existentium ex persona
et occasione sui Recognoscentis suorumq[ue] successorum
Iurisq[ue] p[rae]sentibus cessi tantummodo et non ultra exorien
da in omni Iudicio et officio Regni semper toties quo
ties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere
et eliberare indemnemq[ue] cum posteris reddere nec non hoc
idem Ius p[rae]sens Cessum summas ac bona summis eisdem one
rata p[rae]missaq[ue] omnia p[rae]sentibus transfusa ab omnibus in genere

iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super
eadem praemissa omnia praesentibus condescensa cuiuis persona
rum modo quocunque itidem ex re persona et occasione sui
Recognoscentis suorumque successorum tantummodo et non ultra
factis et faciendis tum etiam à quibusuis Citationibus super
eadem praemissa omnia per praesentes cessa importatis et impor
tandis Lucris denique et perlucris processibusque Iuris quibusuis
in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quouis
Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemis
sis omnibus praesentibus transfusis itidem ex re persona et oc
casione sui Recognoscentis suorumque successorum tantummo
do et non ultra peruentis et perducendis emundare et
eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam
Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in
fundo bonorum praefatorum summisque iisdem praesentibus abscessis
oneratorum dum per Mnialem et Nobiles duos officiose
requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem
libere dare et effectualiter admittere dataque et admissa eadem
possessionem et Ususfructum praemissorum omnium praesentibus
transfusorum modo quouis tam per se quam per suas quas
uis submissas et subordinatas personas non impedire nec
adimere, ipsumque Generosum Cessionarium suum et eius suc
cessores in praemissis omnibus praesentibus condescensis nullo
modo iniuriare ita ut is idem Cessionarius suus cum suis
posteris hoc idem Ius praesens cessum summas ac bona sum
mis eisdem onerata praemissaque omnia praesentibus cessa cum
universis eorum utilitatibus et ususfructibus competen
tiaque et praerogatiua quauis quiete et pacifice praesentis
Inscriptionis Cessionariae vigore tenere habere et pos
sidere queat illisque uti frui possit. Idque sub vadio sum
mae Triginta Millium Ducentorum Quinquaginta florenorum
polonicorum per eundem Illustrem et Magnificum Recognoscentem
siue eius posteros praenominato Generoso Cessionario suo et
illius successoribus ob non completionem praemissorum omnium
et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties
opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem
vadio modo praemisso ad soluendum succumbito ac pro re

aliqua principalis ex praemissis non completa complenda sita
tus existens memoratus Recognoscens Illustris et Magni
ficus Andreas Maximilianus de Pleszowice Fredro Castella
nus Leopoliensis sive eius Successores ad Instantiam praeno
minati Generosi Ioannis Stawski Pocillatoris Terrae Leopo
liensis et Vicecapitanei loci praesentis Cessionarii sui, aut illius
possessorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense
extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat medi
ante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio
stare Iuri parere respondere vadium praetactum luere inscri
ptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tene
bitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et
obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et
alios omnes exinde consequentes Causas eiusdem terminos
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minoren
nitate Successorum legatione intra vel extra Regnum ser
vitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alys quibus
nis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad
quietationem praeveri ultra proximos officii praetacti Castrensis
Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo
nullasque motiones Appellationes ac earum prosecutiones faci
endo praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis eva
sionibus suspensionibus fatalys Iuris praescriptione Terri
bello conventionesque ac alys omnibus Iuris remedys et
defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis eadem
de Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia
mediante salva nihilominus Rumatione iuxta Contractum
et Decretum Iudicii Terrestris Premysliensis sibi Recognoscens
pleno in robore reservata.

Et continenti coram eodem Generoso Adamo Ioanne Gorski Cance
llario Terrestri Premysliensi in locum suprascripti Generosi Ioan
nis a Staw Stawski Pocillatoris terrae Leopoliensis et Viceca
pitanei loci praesentis Subdelegato munusque hoc subdelegati
onis in se et bona sua generaliter omnia libere et bene
vole coassumente officio Actisque praesentibus Castrensis Capitaneal
Premysliensis personaliter Comparens idem Generosus Ioannes
a Staw Stawski Pocillator Terrae Leopoliensis Vicecapitaneus

loci praesentis sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Intercisi seu Contractus memorati ligamenta et conditiones personam suprascripti Illustris et Magnifici Andreae Maximiliani de Pleszowice Fredro Castellani Leopoliensis stringentes in se bonaque sua generaliter omnia libere ac beneuole recepit et co assummit Ipsique sub simili summae vadio aliorum videlicet Triginta Millium et Ducentorum Quinquaginta floren. polon. per eund. Recognoscens sive eius posteros praenominato Illustri et Magnifico Castellano Leopoliensi ac eius Successoribus ob non completionem praemissorum toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succubito ac pro re aliqua ex praemissis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Ioannes a Staw Stawski pocillator Terrae Leopoliensis Vicecapitaneus loci praesentis sive eius posteri ad instantiam praenominati Illustris et Magnifici Andreae Maximiliani de Pleszowice Fredro Castellani Leopoliensis aut eius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Terminos tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum seruitio militari ad munimenta ad Exercitum vel alijs quibusuis dilationibus et legalitatibus

impedimentis non differendo ad quietationem Circa ultra proximos officij Praefati Castren Capitan Premyslien terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac Praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalys Iuris Praescriptione Terrae bello Conventione neque ac alys Iuris omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua Praesenti personali Recognitione ad Praemissa omnia mediante.

Stawski Fedrowi Robt.

Coram Gnoso Adamo Ioanne Gorski Camerario Terrestri Premyslien in locum infrascripti Gnosi Ioannis a Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leopolien Vicecapitanei loci Praesentis Subdelegato munusque hoc subdelegationis in se et bona sua generaliter omnia libere et benevole consumente officioque Actisque

971 Praesentibus Castren Capitan Premyslien personaliter Comparens idem suprascriptus Gnosus Ioannes a Staw Stawski Pocillator Terrae Leopolien et Vicecapitaneus loci Praesentis, Sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriys et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarys quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat Praesentibus Scriptum certum manuale per se Recognoscens in rem et manus Illustris et Magnifici Andreae Maximiliani de Pleszowice Fredro Castellani Leopolien ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto manuali contentarum tum de actu et data illiusque hic Premysliae die hodierna in actu contenta confectum conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum in omnibus et singulis